

3095 I. o. m., | Iunoni, | Neptuno, | Marti, L. Val. | Italus optimo collegio negotiantum | d. d.

Aquinici rep. (III S. 40430 vidit Domarzewski).

3096 Iunonei Quiritei¹ sacra² | C. Falcilius L. f. consol³ | dedicavit.
(In latere) ti | . . . leius L. f. pr.

Beneventi (IX 1457 servavit Verusius). — 1) *De Iunone Quirite sive Currile, cui etiam in urbe sacrificatum esse constat ex hemerologio Arvalium (ubi est sub d. 7 Oct. [I]unoni curriti, cum in alio hemerologio urbano sub eodem die sit scriptum Iunoni Q. in campo, cf. CIL. I ed. 2 p. 531) cf. infra ad N. 5111 et praeterea Preller-Iordan I p. 278.* — 2) *Similiter legitur sacra in aliis titulis valde antiquis, cf. infra N. 5099. 5188.* — 3) *Consul Beneventi.*

3097 Q. Caecilius Cn. A. Q. Flamini libertus¹ Iunone Seispitei² | matri reginae.

Lanuvii rep., epistylium marmoreum (XIV 2090; Ritschl tab. LXIIa). — 1) *Cn. et Auli Caeciliorum et Q. Flaminii servus fuerat hic ante manumissionem. Nullo cognomine quod utitur, indicat titulum antiquorem esse temporibus Sulla (cf. de libertinis cognomine parentibus Mommsen Staatsr. III p. 425).* — 2) *De Iunone Sispite (sive Sospita) Lanuvii potissimum culta cf. CIL. XIV p. 192. Ad aedem eius Lanuvinam pertinuit etiam titulus quem supra dedimus N. 516.*

3098 Iunoni Argeiae¹ C. Blandus² procos.

Tibure, basis ut videtur rotunda (XIV 5556 descripserunt ineunte saec. XVI Accursius et paullo ante auctor ignotus quidam sed accuratus). — 1) *Sic Accursius in schedis autographis bibliothecae Ambrosianae, neque aliter videtur legisse ignotus ille auctor, cuius autographum non tenemus (Argiae, Argeiae, Argeivae referunt qui schedas eius adhibuerunt). Aram illam probabile est fuisse restitutam tantum a Blando, positam autem fuisse ut tunc putabant ab Hercule Argivo (cf. infra N. 5403) cum Tibur venisset, similiter ut Hercules tunc posuisse dicebatur aram Iovis Tibure, quam idem Blandus restitut (cf. infra N. 5401 cum adnotatis). Inde et cognomen Argivae explicatur et vocabuli forma vetustatem simulans.* — 2) *De Blando cf. supra N. 496 et infra N. 3401. Hanc aram videtur posuisse aliquanto post aram Iovis N. 5401, scilicet factus iam proconsul (nescio cuius provinciae).*

3099 Iunone | Loucina | Tuscolana¹ | sacra².

3099^a . . . ole | [Tus]colana¹ | sacra.

Prope Capuam rep., iam Neapoli (I 1200/1. X 5807/8 p. 976. Ritschl tab. XXXVId. e). — 1) *Videtur significari, sacra facta ex instituto Tusculanorum.* — 2) *Sacra a summo deorsum scriptum a dextra reliquae inscriptionis.*

3100 Iunonei | Loucina.

Ad paludes Pomptinas rep., iam Neapoli, lamella aenea (X 6484. Ritschl tab. II d).

3101 Iunone¹ Loucinai | Diovis²; castud¹ facitudo³.

Romae, lamella aenea, pars extat Bononiae (VI 537; partem superstitem delineavit Ritschl priscae Lat. mon. ep. enarr. p. 98 = opusc. 4 p. 728). In parte aversa